

*nec vala lön éhség a földön. Azért élméne ember Judanac Betleheme böl bogy zarandoklana Moabitidif-nec vidékeben ü feleségéuel es két fiayual. &c.* Vides adhiberi c finale pro k, punctum supra e loco accentus; ü vero per o quoddam petiolatum, quod typo exprimere non potui, repraesentatur. Epistolae Paulinae lingua Hungarica impressae fuere Cracoviae 1532. 8. Quatuor Evangelia Viennae 1536. 8. Novum Testamentum Uifzigethini 1541. 4. Biblia integra Reformatorum Visolii 1590. f. Catholicorum Viennae 1626. f. Stephani Szanto five Aratoris Versio V. T. nullibi comparet, neque ea ad Nostrae aetatem ascendit Auctore a. 1612. Olomucii defuncto. Hanc igitur praesentem summae raritatis esse, ipsum insuper Literatorum de ea silentium evincit.

## XLVIII.

R. 72 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 161. 8. per duas columnas minutissime scriptus, rubricis distinctus, et, ut adferit p. 1. aliquando *monachorum congregationis sancte iustine de padua deputatus monasterio sanctorum Seuerini et Soffii (sic) de neapoli*, est Pars Operis Biblici vulgatae interpretationis sequentes Libros complexa: *Job, Parabolas, Ecclesiasten, Cantica, Sapientiam, Ecclesiasticum, Prophetas maiores et minores.* Omnes cum Hieronymi Prologis, quorum qui in *Ecclesia-*

*sten* est, per Librarii errorem *Jobo* subnectitur.

## XLIX.

R. 73 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 103. 8. est ejusdem Operis Biblici Pars postrema, seu *Novum Testamentum*, eodem modo instructa, ut praecedens. *Actus Apostolorum* intercedunt inter *Epistolas Pauli et Canonicas.* I *Joh.* c. 5. utrumque Testimonium integre legitur; terrestre tamen coelesti praepositum est. Ad calcem *Apocalypseos* nihil. Quid reliquis horum Bibliorum Partibus factum sit, dicere non habeo; jam enim ita distractae *Neapoli* ad nos pervenere.

## L.

R. 3109 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 369. 4. minute, sed nitide perscriptus, et minio distinctus hanc in Theca Notam praefert: *Iste Liber est Monasterij S. Dorothee virg. ac mart. Wienne. Et continet 2am partem Biblie quem Magister Hieronimus Licentiatu decretorum frater eiusdem Monasterij professus libenter voluit esse communem.* Initium igitur a *Libris Salomonis*, quos alii consueto ordine, Praefationibusque *Hieronymi* instructi consequuntur. *Machabaeis* praefatur, ut solet, *Raban. Maurus.* Testimonium triplex *Joh. I.* c. 5. ita conceptum est: *Quoniam tres sunt qui testimonium perhibent in terra. aqua sanguis et spiritus* (Cera-

sum: et tres unum sunt) et tres sunt qui testimonium perhibent in celo. Pater uerbum et spiritus. Et hij tres unum sunt. Ad calcem adest nota illa Explicatio Hebraicorum Nominum alphabetica. Ad Codicis fata pertinent, quae fol. praevio leguntur: *Iste liber reperi- tus est inter res M. Jeronimi quon- dam Nicolai pellificis de ulm. li- centiati in decretis, quem d. Sigis- mundus quondam prepositus in ful- nekch dicit sibi misisse et tantum duos florenos ab eo pro isto libro recepisse et residuum teneri, sicut d. Mathias in Gravenwerd mona- sterij in Tyernstain optime nouit, et volebat predictus d. sigismundus nobis eum relinquere, si daremus sibi adhuc duos fl.*

## LI.

U. 131 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XV. Folior. 228. f. chara- ctere crasso, majore Textus prin- cipis, minore των παροιμιων exara- tus complectitur I. Proverbia, Ec- clesiastem, Cantica Salomonis, tum Sapientiam et Ecclesiasticum adsti- tutis partim in margine, partim inter lineas Nic. Lyrani Postillis, ut habentur in Bibliis glossatis, in quibus, uti et in Cod. nostro fol. 75. duos posteriores Libellos Ly- ranus diferte non canonicos ad- pellat.

II. fol. 213. sequitur 4. colum- nis Ordo evangeliorum et episto- larum per anni circumum. Incipit a Vigilia Nativit. et recenset etiam Proprium et Commune Sancto- rum.

III. fol. 219. p. 2. Autorita- tes variae Augustini, Joh. Chrys. Bernardi, Gregorii M. Hiero- nymi, Isidori, Ambrosii, Origenis, nullo certo fine lectae.

IV. fol. 220. proluxa Institutio vernacula de Peccatis, decem Praeceptis &c. hujus ingressus: *Septies in die cadit iustus also spricht der wis man salomon in dem buoch der spruch am 24. Sü- benstund an den tag vallet der ge- recht. Ach hochun grundlosun wishait waz mainet din gewalt daz du den gerechten so dik laufft vollen. O we verborgen vrtail vn- mässig gerechtikait wie sind din weg so unbegriffenlich vnd doch so vnausprochenlich. Wie muofs der so luter vnd so gerecht sin der mit dir sol ains werden &c.* Multa latina mixta sunt, eoque plura, quo magis in expositione Decalogi Nofter progreditur. Deficit tamen Codex in Praecepto X. Ejus The- cae posticae exterius adscriptum est evanidum M. Conradi Salder nomen, qui jam alias memoratus an autor, an possessor tantum o- lim fuerit, nescio.

## LII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 5 Folior. nunc 349. f. per duas co- lumnas probe scriptus et rubricis distinctus Pars est *Bibliorum Ve- tus Testamentum a Prophetis, Novum vero integrum complexa.* Initium igitur ab *Isaia*, e quo quaedam folia excidere inter C. XXV. et XXXI. item inter C. XXXIX. et XLIV. item inter C. LIII.